

Falconi(o), Placido. Threni Hieremiæ prophetæ, una cum psalmis, benedictus et miserere. Tum plena, tum pari voce . . . quaternis vocibus decantandi . . . Brescia, Vincenzo Sabbio. 1580. RISM F91.

Title:

THRENI
HIEREMIÆ PROPHETÆ
VNA CVM PSALMIS BENEDICTVS
ET MISERERE,
AVCTORE D. PLACIDO FALCONIO
MONACHO CASINENSI,
EVPHEMIANO.

*Tum plena tum pari voce, pro Vt cuiq; Vifum fuerit, quaternis vocibus
decantandi, Cantu in Tenorem ad diapafon
inferius mutato.*

[Printer's mark]

BRIXIÆ
APVD VINCENTIVM SABBIVM.
M. D. LXXX.

Dedication:

AMPLISS. REIP. CASSINENSIS MODERATORIBVS | PLACIDVS MONACHVS
S.P.D. |

*CONSTARE vobis puto, Patres Ampliſſ. cum ſemper fuiſſe | diuini Platonis, ac Priſcorum
Philoſophorum ſenſum, hominem | non modo ſibi, verum metiam alijs veluti amicis &
patriæ natum | eſſe, eaq; ſententia apud cæteros, qui deinceps fuere philoſophi, | adeò
percrebuit, vt ne hominem quidem digne habendum eſſe du-|cerent, qui, quod in ſe eſt, id
minime præſtaret, & conſtanti rerum | illam aliarum exemplo, ac teſtimonio confirmarent.
Quippe, quæ | non ea tantum cauſſa, ab immortalis Deo in hanc lucem edite | ſunt, vt
eſſent, iſtamùe vniuerſi perfecciónem, pulchritudinemq; cõ|plerent, verum etiam, vt pro
cuiuſq; natura aliorum inſuper commodis inſeruient. Nam | ſi ad infima quæq; animalia
& res alias, vitæ tum participes, tum expertes reſpicias, nihil | adeò abiectum, humileùe
reperire queas, quod non aliqua ex parte, cum rebus cæteris, tum | maxime homini, vſui,
ac beneficio eſſe poſſit. Quamobrem cum tantum rebus cæteris inna|tū eſſe perſpiciam
benemerendi ſtudium, tantum ad præſtandum beneficium propenſionem, | hominem me
nequam, aut certè infœlicem exiſtimauerim, ſi ab hac comuni benefaciendi | lege ſoluſ
deſciuiſſem. Quare cum fors tuliſſet, vt in muſices diſciplina (nec muto factum) | meos
attriuerim annos, dedi operam, quātum omnino potui, ut ex his ſtudijs, ex quibus lau-|dem
aliquam conſequutus eſſe videor, apud alios item officium aliquod collocarem,
peropor|tuneq; id a me fieri poſſe exiſtimabam. Cogitabam enim Monacho, atq; adeò
Chriſtiano ho|mini, qui modo, quam ceperit laudabilem vitæ rationem, ret nere voluerit,
nihil antiquius | eſſe debere, quàm ad ſolidam laudem omnia referre, quàm ſummi Dei
gloriā ſpeçtare in om|ni vita, quàm deniq; chriſtianam pietatem, non comuni, vulgariq;*

instituto, sed proprio | quodam studio, & propria quadam mentis induc̄tione complēti, & si qua sunt, quæ ad subducendum ad cœlestium rerum contēplationem animū facere videātur, ea minime prætermittere. Cogitabam præterea musicis concentibus (si modo integri, atq; prudentes illi sint, non flagitiosi, non molles, non scenici, ac theatrales) ad inflētendum ad pietatem animum præstan̄tius, nihil ad pelliciendas ad Dei Opt. Max. cultum mortalium voluntates conducibilius esse, nihil valentius. Id uero multiplici, tum gentilium, tum sacrarum literarū testimonio | facile comprobarem, nisi constare illud apud omnes haud dubie existimarem. Quæ cum ita | sint, præclare mecum actum iri existimaui, si sacra illa verba, atq; Euangelica monimenta, | quibus salutiferæ Christi Domini passionis mysteria recitantur, grani, ac pio melodiæ genere edidissimè, ea nimirum spe, fore, vt tum cumulatissimam apud omnes gratiam collocarē, | cum prophētis hebdomadæ Sanctæ diebus, quo tempore eiusdem Dominicæ passionis memoria a viris fidelibus celebratur, ad maiorem animi pietatem, ipsa verborum sanctitate, vnà | cum grauissimè cantus suauitate coniuncta, christiani viri accenderentur. Hosce autē meos labores vobis P. Amplifs. dicatos, atq; inscriptos esse volui, tum, vt significationē nobis | darem summi amoris, & obseruantie erga uos meæ in omni vita, tum potissimum, ut uestri | iudicij testimonio, & ampliſ. nominis auctoritate confirmati, maiori cum fiducia, & alacritate, sese in publicum darent. Munusculum igitur hoc à me suscipite Patres opt. omnino neq; amplitudine vestra, neq; ijs officijs, quæ in me contulistis satis dignum; sed si (vt spero) | muneris nostri tenuitatem, humanitatis, vestre magnitudo subleuabit, has meas lucubrations non exiguo compensatas esse fructu existimabo. Valete. |

Ex Cænob. Sanctæ Euph. |

Contents:

Incipit lamentatio Hieremiæ prophetæ Aleph Quomodo sedet sola ciuitas
Lectio Secunda Gimel Migravit Iudes propter afflictionem
Lectio Tertia He Facti sunt hostes eius

Secunda Die

Lectio Prima De lamentatione Hieremiæ prophetæ Heth Cogitauit dominus dissipare
murum
Lectio Secunda Caph Defecerant præ lachrimis oculi mei
Lectio Tertia Samech Plauferunt super te manibus omnes

Pro Tertia Die

Lectio Prima De lamentatione Hieremiæ prophetæ Heth Misericordiæ domini, quia
non fumus
Lectio Secunda Ioth Sedebit solitarius & tacebit
Lectio Tertia Incipit oratio Hieremiæ prophetæ Recordare domine, quid acciderit nobis
Benedictus Dominus Deus Israel [odd verses]
Miserere mei Deus [odd verses]
Benedictus Dominus Deus Israel A 5 Plena voce tantum [odd verses]

Miferere mei Deus A 5 Plena voce tantum [odd verses]
 Benedîctus Dominus Deus Ifrael A 8 [all verses]
 Benedîctus Dominus Deus Ifrael A 7 [all verses]

Part-books:

CANTVS	A-C ⁴ , CC ⁴	32pp. Dedication. No Index.
TENOR	D-F ⁴ , FF ⁴	32pp. Dedication. No Index. FF ^[1] mislabeled II ^[1]
ALTVS	G-I ⁴ , II ⁴	32pp. Dedication. No Index. II ² mislabeled FF ²
BASSVS	K-M ⁴ , MM ⁴ , MMM ²	36pp. Dedication. No Index.

Remarks:

Quarto format. Copy consulted: I-Bc. RISM F91.